

1373

D O G M A T I C I

1374

manicam numero plurali *die Weiczen*, quam etiamnum a plebe Austriae superioris pro Spirituum apparitione significanda usurpari audias. Articulo *Symboli IX.* proluxa de VII. *Sacramentis* tractatio inserta est. Ultima Codicis nostri verba sunt: *Darumb ist der Hilfe.* An Autor noster *Ulricus* ille *de Patavia*, artium Mag. Theologiae Baccal. et Canonicus *Vienn.* fuerit, qui 1405 et 1409. Decanatu philosophico, 1415. vero Reſtoratu Univerſit. functus est, aſſerere non audeamus.

CCCLV.

820 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 112. 8. Congeries est Locorum Historiae sacrae Vet. et N. Testamenti adsumptorum ad firmandas et illustrandas Fidei veritates in certa Capita tributas, quorum hic Syllabus praefixus est: De Deo f. 1. De Lucifero f. 3. De Maledictione Adami f. 5. De Morte f. 7. De Prophetiis de Christo f. 9. De Resurrectione f. 11. De Antichristo f. 14. De Signis ante diem Iudicii f. 17. De extremo Iudicio f. 20. et 22. De Purgatorio f. 28. De Inferno f. 30. De Poenis f. 32. De Coelo f. 34. De Beatis f. 40. De Castigationibus in hac vita f. 43. De sacris Remediis Morborum f. 47. De Vita humana f. 51. De Miraculis f. 59. usque ad finem. Titulus vernaculus est: *Etliche gewisse Tractätlein von Gott der*

*Ewigkeit &c.* Alles mit vleysf zusamben gezogen Aufs der Heiligen Schrift der Bibel vnnndt bewürten Scribenten der katholischen kirchen. Initium vero: *Gott ist Immer Vnd Ewig vor der Weltdt Anfang.* &c. Fabulis non satis abstinet Compiler; ita f. 57. habes Comitem illam *Hennebergicam* uno partu CCCLXIV. proles effundentem.

CCCLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 225 XV. Folior. 200. f. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus complectitur sequentia: I. *Johannis Marienwerder Prof. Pragensis Expositionem Symboli Apostolorum*, quam praecedat Tabula alphabetica hoc initio: *Pro tabula expositionis symboli apostolorum est sciendum &c.* Sequitur Prologus: *Venite ambulemus in lumine dei nostri &c.* Demum *Symbolum* articulatum et prolixè declaratur. Autor eam opinionem, quae multum olim viguit, sequitur: a singulis Apostolis singulos Articulos collatos fuisse, cetera catholicus est, atque ubi de *Eucharistia* tractat, nihil de necessitate duplicis Speciei adstruit. Ad calcem legitur: *Explicit exposicio symboli magistri iohannis Marienwerder venerabilis doctoris studij pragen.* Virum hunc e *Prussia*, ut videtur, oriundum in *Balbini Bob. doſta* non reperi.

II. fol. 85. Incipit tractatus Magistri bainrici *De bassia de contractibus.*

L 3

1375

CODICES

1376

tractibus. Et deinde sequitur tractatus Magistri hainrici De oyta. Prior duabus Partibus constat, quarum Elenchus antecedit. Initium est: *In Sudore vltus tui vesceris pane tuo. Tanta erat illius prime transgressionis culpa &c.* Egimus de hoc Tract. ad Cod. CCXLI. In praesenti subscribitur: *Explicit tractatus de contractibus quem edidit egregius Theologie doctor Magister hainricus de bassia In Sollempni Studio Wenensi. Anno. 33.* qui utique non editionis sed descriptionis annus est, Autore verisimiliter anno 1325. nato et 1397. vivis exemto.

III. fol. 133. itaque: *Incipit tractatus M. Hainrici de oyta de contractibus in 19. Questionibus seu dubijs.* Initium: *Diligite Iustitiam qui iudicatis terram &c.* De hoc quoque egimus ad Cod. CCXLI. Hic subscribitur: *Explicit Tractatus de Contractibus Venerabilis magistri Hainrici de Oyta quem edidit in Sollempni studio wiennensi.*

IV. fol. 169. F. Humberti, Huberti, Imberti de Romanis O. P. Magistri generalis quinti, qui obiit a. 1277. *Tractatus de Praedicatione Crucis.* Constat Capp. XXXII. si praeviam de eius usu instructionem accenseas, quae incipit: *Ea que infra scripta sunt de pertinentibus ad crucis predicationem contra saracenos ad hoc valere debent et possunt, ut predicatorum crucis nondum in tali predicatione exercitati materiam hic inueniant huius exercicij &c.* Opus

ipsum inchoat: *Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum. Isaia 6. Cap. 3. agitur de triplici suffragio faciendo terre sancte.* C. 4. *Quare crux imponitur pergentibus in subsidium terre sancte.* C. 5. *Quare crux ponitur in humero.* C. 6. *Quare in humero dextro.* C. 7. *Quare publice.* C. 8. *Quare per manum ecclesie.* C. 9. *Quare nullus ad hoc cogitur.* C. 10. *De primaria crucis signacionis invencione, quo tota Petri Heremite Galli aulas Europaeas obeuntis historia narratur &c.* Vides Libellum ineditum, qui tractaturo de sic dictis *Cruciatis* opportunus esse possit; de iis enim haecenus tractando *Iliacos* intra muros peccatum fuisse et extra, quivis veritatis amans facile adfirmet. Ad calcem isthaec cubat subscriptio: *Explicit tractatus venerabilis magistri Humberti ordinis fratrum predicatorum quondam generalis de predicatione crucis.* Meminit ejus Jac. Echardus T. I. *Scriptt. O. P.* p. 146. quin et *Codicis* nostri T. II. p. 817.

V. fol. 189. *De sacramentis iterandis vel non.* Dissertatio scholastica in *Replicas* divisa hoc ingressu: *Quoniam sacramentorum quorundam iteracio &c.* *Replicae* sunt: *de Baptismo, de Catechismo et exorcismo, de sacramento confirmationis, de sacramento eukaristie.* Et in hac deficit Exemplar his verbis: *Item dicit Thomas in Vltima parte sentent. et addit quod — — Itaque cum reliquis fortassis et nomen Autoris periiit.*

Codicem

1377

## D O G M A T I C I.

1378

Codicem intus ambit utrinque Membrana continens mandatum Joannis Episcopi *Wladislauiensis* datum *Nicolao de Schonborn* Canonico *Crusnicensi* et plebano in *Bitzina Wladisl.* Dioec. ad litem, quam idem Episcopus habet cum *Sbigneo* Marefcallo *Wladislai* Regis *Poloniae*, et *Jacobo* ac *Oswaldo* aurifabris et oppidanis *Tborunensibus*. Actum Anno natiuit. domini 1415. Indiēt. 8. residente *Sacrofancta Sinodo* *Constan.* die vltima mensis *Octobr.* in castro *Rutzans*. Testes *Jacobus* Canon. *Cbruschnicen.* et officialis *Wladislauien.* *Mathias* capellan. D. Ep. praediēti et plebanus in *Yezewo* et *Jaroslaus de Jarogne-*

*wice.* Notar. *Mathias Dobronis de Rutzans.*

CCCLVII.

Codex membraneus germ. Sec. 4<sup>28</sup> XIV. Folior. 175. 4. per duas columnas nitide exaratus, rubricisque distinctus continet *Poemata* ad aevum Imperatorum *Suevicorum*, *Phonascorumque* *Eroticorum*, quos *Nostrates Minnesaenger* adpellant, pertinentia numero CCLXXI. Priora XXXIV. Sacra sunt, tractantque de Deo, de Spiritu S. ejusque donis, de *Lapsu Angeli* et reparatione hominis, de *B. V. Maria* et *Ange- lo tutelari*. Primum incipit:

*Wir suln loben den heiligen geist  
der unzellichen volleist  
Dir vns von sinen gnaden chumt  
Vnd vns an mangeln dingen  
frumt*

*Vnd dicher denne wir vns ver-  
stan  
Vnd furbaz denne wir chund  
han &c.*

Dabo et initia quorundam Sequentium ex Indice, qui praemissus est:

- II. *Er (Spiritus S.) chumt einem als ein wasser.*
- III. *Er chumt einem als ein ole zuo.*
- IV. *Er chumt einem gelich dem fwer.*
- V. *Der heilige geist chan schrechen.*
- VI. *Der heilige geist chan vrolich sin. &c.*

A *Poematio* XXXV. incipiunt *Apologi* et *Fabulae*. Primus ita orditur:

*Ein man sprach ze sinem wibe  
an vnser zweir libe  
Tut got grozzer vngnaden schin  
daz er vns lut so armen sin  
Solde ich vnz an minen tot  
von armut liden solbe not*

*Ich wolde mich selben töten e  
mir tut dir armut so we  
Daz ich en weiz wi ich gebarn sol  
ich bin zorns vnd leides vol.  
Ich chan des niht versinnen mich  
Daz ich mich inder wider dich*

*Verworht*